UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

63 Episcoporum officium est providere, ne parochiales ecclesiae, aut alia beneficia personalem residentiam requirentia, suis debitis obsequiis defraudentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

fuiſſet , *ut in Clementis Papæ VIII*
reg. 9.

55 Debetque citatio delegati † fieri cum
inſertione tenoris reſcripti , quia, niſi cita-
tus de ſedis Apoſt. delegatione certioretur,
non tenetur comparere. *c. cum in jure. de*
off. deleg. Innoc. *in c. preterea.nu.*1.& ibi
56 Hoſt. *de dilat.* utrum verò † delegatio
tranſeat ad ſucceſſorem, eſt diſtinguendum
quia, aut eſt facta Dignitati , aut nomine
proprio expreſſo, primo caſu, delegatio fa-
cta Dignitati tranſit ad ſucceſſorem in
Dignitate, ſi verò eſt facta proprio nomi-
ne in litteris delegationis expreſſo , tunc
non tranſit ad ſucceſſiorem in Dignitate.
c. quoniam Abb. & ibi glo. *in ver. ſubſtitu-*
57 *tum*, & Abb. *n.* 3. *&* 7. *de off deleg.* † Delega-
tus enim Papæ, vel alterius Principis habet
privilegium à lege , ut poſſit ſubdelegare.
c. paſtoralis ubi etiam Abb. *nu.* 1. *eod. tit. &*
58 *l. à judi* C. *de jud.* & eſt ratio, † quia in cauſa
delegata delegatus eſt major quocunque
Ordinario. *l fin.* § *pen. in fi ff de damn. inf.*
cap. ſane. il. 2. de off. deleg. & cap. paſtoralis.
de off. Ord. cùm Ordinarius poſſit multò
fortiùs delegatus Papæ. vel principis, pote-
rit ſubdelegare , & pluribus caſibus am-
pliatur , & limitatur dicta regula , ut per
Felyn. *in c. ſuper queſt. n.* 12. *&* 13. ubi, quan
do ſubdeleg. poſſit etiam ſubdelegare *de*
off. deleg & Abb. *in c. cum Bertold. nu.* 25. *de*
re. judic.

Delegatam juriſdictionem à lege ha-
bent Epiſcopi in pluribus caſibus : Et
59 primò , ſi Abbates negligentes fuerint in
habenda lectione ſacræ ſcripturæ , aut in
monaſterijs monachorum, ubi commode
id fieri poteſt, ſi nullus , cui lectio quoque
aſſignata fuerit, magiſter erit electus , Epi-
60 ſcopi † locorum uti Sedis Apoſtolicæ de-
legati, eos ad id opportunis remedijs com-
pellere poſſunt. *cap. 2. de magiſter.* conc.
Trid. *cap. 1. verſ qua in re. de reform. ſeſſ.* 5.
& ſacra congr. conc. *ſuper eo. c. 1. in deciſ.*
ſub. tit. Burgen.

61 Secundò , contra † prædicatores erro-
res, aut ſcandala diſſeminantes in populum,
etiamſi in monaſteriis ſuorum , aut alio-
rum ordinum prædicent , & ſi hæreſes
prædicaverint , contra eos ſecundum juris
diſpoſitionem , aut loci conſuetudinem ,
etiamſi prædicatores ipſi generali, vel ſpe-
ciali privilegio exemptos eſſe prætendant ,
Epiſcopi auctoritate Apoſtolica , & tan-
quam Sedis Apoſtolicæ delegati, procede-
re poſſunt. conc. Trid. *c. 2, verſ ſi verò , quod*
abſit, de reform. ead. ſeſſ 5.

62 Tertio, ne parochiales eccleſiæ, aut alia
beneficia perſonalem reſidentiam requi-
rentia ſuis debitis defraudentur obſequijs ,
indultis , & diſpenſationibus de non reſi-
dendo minime obſtantibus , officium eſt
Epiſcoporum, tanquam Sedis Apoſtolicæ
delegatorum, providere, ut per deputatio-
nem idoneorum vicariorum , & congruæ
portionis fructuum aſſignationem, anima-
rum cura nullatenus negligatur , quocun-
que privilegio , aut exemptione , non ob-
ſtante *cap. cum, ex eo.* §. *porrò. de elec. in 6.*
Conc. Trid. *in c. 2. ſeſſ 6. de reform. & ſeſſ. 7.*
c. 5. & c. 7.

63 Quartò , † nemo ſecularis clericus,
aut cujuſvis ordinis regularis , extra mo-
naſterium degens , etiam ſui ordinis
privilegij prætextu , tutus eſſe poteſt, quo-
minus, ſi deliquerit, ab Epiſcopo loci , tan-
quam ſuper hoc à Sede Apoſtolica de-
legato , ſecundum canonicas ſanctiones ,
viſitari , puniri , & corrigi valeat. concil.
Trident. *c. 3 , ead. ſeſſ 6. c. 4. de refor. ſeſſ.* 14.

& ſacra congreg. *concil. ſuper c.* 14, *ſeſſ.* 7, *in deciſ. ſub tit.* Cremonen.

64 Quintò, & capitula cathedralium, & aliarum majorum eccleſiarum, illorumque perſonæ, nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, juramentis, concordiis, quæ tantùm ſuos obligant auctores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſunt, quominus à ſuis Epiſcopis, & alijs majoribus Prælatis per ſe ipſos ſolos, vel illis, quibus eis videbitur, adjunctis, juxta canonicas ſanctiones, totiesquoties opus fuerit viſitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apoſtolica poſſint concil Trid. *c. 4. de refor. ſeſſ. 6. & c. 6. in princ. de reform. ſeſſ. 25. & ibi congr. ſac. conc.*

65 Sextò in civilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum contra clericos ſeculares & regulares extra monaſteria degentes quomodolibet exemptos, etiamſi certum judicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, & etiam in alijs, ſi ipſum judicem non habeant, Epiſcopi, tanquam in dictis cauſis à Sede Apoſtolica delegati, procedere, cauſasque cognoſcere, & decidere, & ipſos ad ſolvendum debitum cogere, & compellere poſſunt, privilegijs, & exemptionibus conſervatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obſtan. ad formam. *c. 1. de privil. in 6.* Quod concil. Trid. innovat. *ut c. 14. de reform. ſeſſ. 7.* & congregat. conc. *ibi ſub tit. Cremonen. in princ. & §. habet etiam locum.*

Septimò, tanquàm Sedis Apoſtol. dele-
66 gati, Epiſcopi † de ſubreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicujus publici criminis, vel delicti, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ, ad quem criminoſus per eum condemnatus fuerat, falſis precibus impetratur, etiam ſummariè cognoſcere poſſunt, & ſi per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam eſſe legitimè conſtiterit, admitti non debet, conc. Trid. *c. 5. de refor. ſeſſ.* 13. quia falſus precator debet carere impetratis, *cap. ſuper litteris. & cap. cum dilecta, de reſcr.*

67 Octavò Epiſcopi † tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in eccleſijs, tam cathedralibus, quàm collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, ac quorumcunque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quàm canonicatuum, perſonatuum, portionum, & officiorum, ſeparare debent, & in diſtributiones quotidianas convertere, quæ inter dignitates obtinentes, & cœteros divinis intereſſentes proportionabiliter, juxta diviſionem ab Epiſcopo in ipſa prima fructuum deductione faciendam, dividantur, ſalvis tamen conſuetudinibus earum eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſervientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt, quibuſcunque in contrarium facientibus, non obſtantibus, ut in conc. Trident. *cap. 3. de reform. ſeſſ.* 21.

68 Nonò Epiſcopi † etiam, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, non omnibus eccleſijs parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita eſt numeroſus, ut unus rector eccleſiaſticis ſacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, ſufficere non valeat, rectores, vel alios, ad quos pertinet, cogere poſſunt, ſibi tot ſacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad ſacramenta exhibenda, & cultum divinum
69 celebrandum † in ijs verò, in quibus ob lo-

corum